Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

est potus genti ceruisia e ex tritico atque humulo facta Vini rarissimus usus / nec vinee cultura germinat / Super ceteris ferax Multa gerit armenta / multa ferarum venatio Equum silvestrem preter cornu / ceruo similem educit / feras quas bones venantur / quas prisca uros vocauere / Pisce ac volucribus abundant / argento atque auro inops terra. Vectigalia regi parua / Regnum in quatuor partes diuisere maiores has per circulum anni rex ambit / quelibet pars tribus mensibus regem et curiam pascit Quibus exactis / ad alteram partem fit transitus. Statuta sunt que prestare prouinciales oportet Si manserit vltra prefinitum tempus: rex suo viuere sumptu cogitur Cum rex [illegible] nostrorum tempestate obiisset / Hedwigis filia Wilhelmum ducem Austrie in matrimonium eam accepit / illicoque regno priuatus est Non placuit Polonis rex Theutonicus / Vladislaum ex Lituania vocatum / eiectoque Wilhelmo / coniugem eius et regnum nouo regi tradidere Vt fuerat Vladislaus et ydola coleret / sed baptisma cum regno suscipere non recusauit Coniuge ad Christum religiosum se principem gessit: multos ex Lituanis ad euangelium traxit: pontificales ecclesias nouellas erexit / episcopos magno honore prosecutus est / cum equitaret quotiescumque templa [illegible] inspexit / detracto pileo caput inclinauit / deum quem coleret in ecclesia veneratus. Cum Theutonicis regni limites contestantibus feliciter dimicauit / Prutenos maximo bello vicit: de quo inter res Prutenicas meminimus Ex priore coniuge prolem non sustulit cum qua matrimonium haud legitimum fuisse fuit Ex secunda iam ferme nonagenarius duo nati sunt filii Vladislaus et Casimirus Eo mortuo Vladislaus Polonie regnum accepit: Casimirus Lituanie ducatum consecutus est. Prior quoque ad Hungarie regnum accersitus in bello Turcorum ut alibi narrauimus cecidit. Qua re cognita sollicitati Poloni / proceres de successore / Fridericum Marchionem Brandeburgensem / qui pueritiam in regno transegerat linguamque illius gentis et mores tenebat vt regnum acciperet rogauerunt Responsum datum est Casimirum Lituanie ducem / quem fratris esse defuncti constabat heredem expectare [illegible] cum feminis principibus regnum cuperent impedimentum afferre et dignitate sua Fridericus noluit patrui ex more imitator / et Albertus Bauarie dux erga Ladislaum Alberti filium usus est / qui Bohemie regnum sibi oblatum recusauit Fridericusque imperator et ab Hungaris et a Bohemis ad hereditatem Ladislai vocatus Nunquam audire sustinuit quod patrueli preiudicium faceret Reges laude nostre etatis et magnum decus Germanie nostris Quamuis non ambitio esse aliquos quod non tam iusticie quam ignauie tradunt / alienis regnis quempiam abstinere / ego quod recti speciem habet non laudare non possum Casimirus autem et si difficile ei Lituanis dimittere qui sub apud se principem retinere cupiebant / in Poloniam veniens pacificam regni gubernationem accepit nec diu post ea sorore Ladislai regis duxit vxorem. Multa ei adhuc fratres Theutonicos quos sancte Marie appellant bella fuere de quibus in rebus Prutenicis referemus.

Lituania